


in t, similiter arcum gh per 29 tertij per æqua in s. Tunc arcus g s erit octaua circuli siue 45 grad. quæ sunt tres Kardagæ, & cuius sinus g t notus erit per penultimam primi, quadratū gh duplū est ad quadratum semidiametri, unde sinus totus est quadrans, & postea dupli eius radix quadrata erit linea gh, cuius medietas est g t, sinus trium Kardagarum siue 45 gra. Patet am esse 30, grad, & eius chorda erit nota, subtrahendo



e o, quæ est æqualis nq sinui 60 graduū, ab e a sinu toto, & manebit o a cuius quadratum iungatur cū quadrato m o, scilicet sinus 30. grad. & producti radix erit chorda quæ sita, cuius medietas est sinus primæ Kardagæ siue 15. grad. Deinde in circulo f g h accipiatur portio 30. grad. quæ sit u g x, ita quod u g sit 15. gra, similiter g x 15. grad. & erit arcus x f 75. grad. Duc ergo p 31. primi, lineam x z æquedistantem lineæ g b, quæ erit sinus portionis x f 75. grad. Ducta cõ lineæ b x à quadrato semidiametri, scilicet b x, aufer quadratum sinus portionis 15. gra. scilicet lineæ y x, & manebit quadratum lineæ y b, quæ est æqualis lineæ x z, erit ergo sinus portionis 75. gra. notus, & est sinus 5. Kardagarum. Sinus autem totus siue semidiameter est sinus sex Kardagarum.

Habitis igitur sinibus sex Kardagarum, minue sinū arcus 15. grade sinu arcus 30. gra. & residuum erit sinus Kardagæ secūdæ. Deinde subtrahæ sinum duarum Kardagarum, hoc est arcus 30. grad. à sinu arcus trium Kardagarum, & remanebit sinus tertie Kardagæ, & ita de cæteris. Ex his igitur manifesta est quantitas tam sinus recti quæ uerli cuiuslibet Kardagæ, & quarumlibet simul sumptarū. Nam sinus rectus primæ Kardagæ est sinus uersus sextæ, & sinus rectus secundæ est sinus uersus quintæ &c. Item sinus rectus duarum Kardagarum primarum, scilicet primæ et secundæ, est sinus uersus duarum ultimarum, scilicet quintæ & sextæ. Et sinus uersus primarum duarum, est sinus rectus duarum ultimarum. Hæc siquidem sunt sex Kardagæ gratia, quarum introducta est hæc demonstratio.

Ad inueniendum autem sinus minorum circuli portionum. Sinum sextæ Kardagæ multiplica per sinum arcus 30. grad. & producti radix erit sinus arcus 7. grad. & dimidij. Quem in se multiplicatū aufer à quadrato totius sinus, & remanentis radix erit sinus 82, & dimidij grad. Hunc minue à toto sinu, & residuum multiplica per sinum 30. gra.

& prouea